



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Cessabit iuge sacrificium. tit. 263

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Vult enim vt sit grec vhus & vhus pastor. Si que ouiu vult sponte errare, & ouile relinquere vnicum, id est, catholicam Ecclesiam suo stabit periculo. Iam enim per capita, id est, Papam & Imperatorem denunciatus est error Ecclesiæ, veluti per bullā & bannum Schismaticeorum: si quis noluerit audire Ecclesiam, id est, consentire in fide & doctrina catholicæ Ecclesiæ, sit tibi tanquam ethnicus, Mat. 18.

CESSABIT IVGE SACRIFICIUM.

TITVLVS CCLXIII.

PRIMÒ, sanctus Daniel Propheta vidit semel in visione sua, qualiter Antichristus in Ecclesia sua ante nouissimum diem sœuieret, & inter multa alia hæc dicit cap. 8. quod & iuge sacrificiū, cessabit illis temporibus. Dicebatur agnus qui immolabatur quotidiè vespere & manè, sicut dicitur Exod. 29. apud Iudeos, sed hoc iuge sacrificium fuit amotum per Antiochum, sicut patet 1. Mach. 1. quomodo prophanauit templum.

Secundò, omnes catholici doctores vnanimiter consentiunt præter hereticos, quod hoc iuge sacrificium Iudeorum figurabat immolationem corporis Christi, quod quotidie immolatur in altari ad memoriam passionis Christi, sicut præcepit Lucæ 22. quod ideo omni die offertur, & iuge est sacrificium, ne Christi beneficium homo obliuiscitur, ut eius deuotio nutritur, & Deo gratiae agantur pro redemptione per Iesum Christum Dominum nostrum. Sed sicut per regem Antiochum facta est prohibitio, ne fierent sacrificia, holocausta, & placationes in templo, & neque sabbathum & dies solennes, sed omnino sequerentur leges gentium, &c. 1. Macha. 1. Sic prædictum est per Methodium, Danielē, & alios viros, pios, quod Anti-christus

christus & sui adhæsores prohibebunt & tollent
Ecclesia iuge sacrificium, id est, Missam, & illâ si-
cient abominabilem, quod etiam violare virginem
non sit futurum tantum peccatum, sicut Missam ce-
lebrare, videre vel audire, sicut blasphemauit Lute-
rus. Et sic iam hoc tēpore impletur hēc proheria, q̄a
cessat hoc sacrificium in ecclesijs schismaticorum.

Tertiō inquires: Cur ergo Deus sic tam sanctū sa-
crificium filij sui permittit aboleri? Respondeo: Da-
niel. 8. Robur, inquit, datur aduersarijs contra hoc
iuge sacrificium, propter peccata populi & maximē
sacerdotum, qui (vt dicitur 2. Macha. 4.) iam non erit
dediti circa altare, sed contempto templo, & sacrifi-
cijs neglectis, festinabant fieri Palestritæ, & fecerunt
prostibula iuuenum circa templum, &c. Et quia pro-
sternebatur veritas in terra, sic aufertur iam nobis
iuge sacrificiū, quia sacerdotes plū mundani quām
spirituales, frequentiores in conuiuijs & voluptati-
bus, dic noctuq; versantur, quām in Ecclesia, solum
Chorales occupant templum: incedunt decuratis
vestibus sicut negotiatorēs. Non celebrant. Et penes
templum, id est, in domibus suis, nutriunt scortum.
Non docent verbum veritatis. Ideo hæc permititur
ablatio iugis sacrificij. Et populus propter illorum
malam vitām incipit odire Missam, & orationes ac
cultum Dei.

Quarto, Grande est peccatum, indignè manduca-
re corpus Domini, & sanguinem eius preciosum tra-
stare. Paulus i. Cor. 11. dicit, quod iudicium, id est, da-
mnationem bibit & manducat talis. Sed fornicator
celebrans quotidiè, non vereatur neque timet Deum:
avaritia ipsorum deuotio est propter pecuniam, nō
careas grossō, stipendio, &c. celebras, alioqui non cu-
rare Missam, odium tecum in altari est. Non recor-
daris, vade primūm reconciliari fratri tuo, Matth. 5.
At putas, quod Dei sit voluntas, hæc grandia peccata
peragunt.

peragere sub nomine suo, id est, officio sacerdotali? Nisi Deus tolleret sacrificium, semper peccare per geres: non vult ergo tibi dare occasionem peccandi, &cet. Ergo peccata hæc grandia & Simonia pessima, facient cessare iugum sacrificium, id est, Missam.

DE PAUCITATE CONSTAN-
tium in fide tempore Antichristi.

TITVLVS CCLXIII.



Rimò notandum, q̄ legitur Danie.
3. quòd Nabuchodonosor rex fecit
fieri statuam aureā, altitudine 60.
cubitorū, latitudine 7. cubitorum,
& posuit in campo magno &cæ. Et
cōuocauit oēs sapientes, duces, Ba-
rones & Principes, & præcepit vt erigerent & publi-
carent idolū illud, ad sonitum quoq; instrumentorū
omnes illud adorarent, sub pœna mortis. Et sic factū
est, vt oēs illud adorarent, præter tres, qui fuerūt re-
pertī in toto populo, scilicet, Sydrach, Mysach, & Ab-
denago, qui magis elegerunt ponī in elibanum ignis
ardentis, quām adorare idolum.

Secundò, Hoc idolum regis significat Antichri-
stum hæreticum, qui statuam aureā erigit, id est, Hæ-
reticam doctrinam quæ videtur aurea, alta, & fortis-
sima, eō quòd hominibus placet sicut aurum. Galat.
1. Si hominibus placerem, &c. Subindè hanc hæresim
adorare cogit Tyrānus sub pœna tribulationis, amis-
sionis vitæ, famæ, & bonorum, vt qui non adoraue-
rit hunc Baal, non erit tutus: & cūm omnes querant
quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, sicut dicit Apost.
Phi. 2. fit vt totus mundus currat post ipsum. Vnus al-
terum vocat, accendit, vt sequantur nouum dogma,
sicuti 1. Machab. 1. Multi ex filijs Israel iniqui fuase-
runt multis, sicuti iam faciunt sectarij concionato-
res: Eamus & disponamus testamentum nostrum
cum